



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

399. De servis Ecclesiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

180 R E G I N O N I S L I B. I.
si quilibet servus dominum suum fugiens vel latitans , aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis , aut qualibet calliditate vel fraude , ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur , & dominus ejus eum recipiat. Si verò avus aut pater ab alia patria in aliam migrans , in eadem provincia filium genuerit , & ipse filius ibidem educatus & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, &

* Sirmond. ignoratum fuerit. Codex no- ficer veteris igno- utrum servus sit * ignotum sit , & postea ve- niens dominus illius legibus eum adquisierit, fanicum est ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit , in gradu suo permaneat. Si verò eum catena servitutis à castris dominicis abstrahere voluerit , gradum amittat ; quia juxta sacros canones vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

De peculiare servorum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.
Burchard. lib. 2. c. 23.
Ivo par. 6. c. 38.

C C C X C V I I . De rebus verò illorum vel peculiare qui à dominis propriis libertate donantur ut ad gradus ecclesiasticos jure promoteantur , statutum est ut in potestate dominorum consistat utrum illis concedere an sibi vindicare voluerint.

De peculiare ordinatorum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.
Burchard lib. 3. c. 122.

C C C X C V I I I . Ceterū si post ordinationem aliquid adquisierit , illud observandum est quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est.

De servis Ecclesiarum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.

C C C X C I X . De Ecclesiarum verò ser-

vis communi sententia est decretum ut Archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem suffraganei autem illorum exemplar illius penes se habeant. Et quodocunque de familia Ecclesiæ utilis aliquis inventus est ordinandus, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, & coram sacerdotibus & omni clero ante cornu altaris, si-
cuit in nostra auctoritate continetur, remota qualibet calliditate, libertatem consequatur, & tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoveatur.

De familiis monasteriorum.

CCCC. Similiter quoque de his agendum est quos laici de familia Ecclesiarum ad sacros ordines promovere voluerint. Sed & de his quos præpositi Canonicorum aut monachorum ordinandos expetierint eadem forma servanda est.

Exemplar libertatis suprà notatum.

CCCC I. Auctoritas ecclesiastica patenter admonet, insuper & majestas regia canonicæ religioni assensum præbet, ut quemcumque ad sacros ordines ex familia propria promovere Ecclesia quæque delegerit, in præsentia sacerdotum, Canonicorum, simul & nobilium laicorum, ejus cui subiecta est subscriptione sub libertatis testamento sollemniter roboretur. Idcirco ego in Dei nomine Episcopus, vel Abbas, vel quilibet aliis, annuente Christo sanctæ illius Ecclesiæ rector quendam Ecclesiæ nostræ famulum nomine illum

M iiij

Burchard. lib.

2. c. 32.

Ivo par. 6.

c. 133.

Lib. 1. Capitular. c. 88.

Burchard. lib.
2. c. 26.

Ivo par. 6.

c. 117.

Vide to. 2.

rer. Alam.

G 1 lasti pag.

37. c. 7.